



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

*Q. D. B. V.*  
DISSERTATIO IVRIDICA INAUGVRALIS  
DE

# GENVINO COLORE POSSESSOR.

EX  
SOLO IVRE IN RE,  
QVAM

*SVB PRAESIDIO*

DOMINI

SIMONIS PETRI GASSERI, IC

POTENTISSIMO BORVSSIAE REGI A CON  
LIIS INTIMIS, ITEM BELLIC. ET DOMANIAL.

RIVM ET RERVM OECONOMICO - CAMERALI  
PROFESSORIS ORDINARII, SCABINATVS IN DV

CATV MAGDEBVRGICO ADSESSORIS, FACVL-  
TAT. IVRID. H. T. DECANI,

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRI

HONORIBVS RITE CAPESSENDIS,

D. XII. APRIL. MDCCCXXIX.

H. L. Q. C.

*PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT*

GOTHOFREDVS FRANCISCVS EHRENBERGIVS

ISLEB. MANSFELD.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE

TYPIS IOANNIS GRVNERTI, ACAD. ET SENAT. TYPOGR.



**OPTIMO PARENTI**

**VIRO**

**PRAENOBILISSIMO ET AMPLISSIMO**

**DOMINO**

**IOANNI ANDREAE**

**EHRENBERGIO**

**SERENISS. AC POTENTISS. POLONIARVM REGIS**

**AC EL. SAXON. COMMISSARIO CAMERAE**

**DIGNISSIMO, QVAESTORI IN COMI-**

**TATV MANNSELD. FIDE-**

**LISSIMO**

**HANC DISSERTATIONEM INAUGURALEM**

**SACRAM ESSE VULT**

**FILIVS OBSEQVENTISSIMVS**

**GOTHOFREDVS FRANCISCVS EHRENBERGIVS.**



**OPTIMO PARENTI  
VIRO**

**PRAENOBILISSIMO ET AMPLISSIMO  
DOMINO**

**IOANNI ANDREAE  
EHRENBERGIO**

**SERENISS. AC POTENTISS. POLONIARVM REGIS  
AC EL. SAXON. COMMISSARIO CAMERAE  
DIGNISSIMO, QVAESTORI IN COMI-  
TATV MANNSELD. FIDE-  
LISSIMO**

**HANC DISSERTATIONEM INAUGVRALEM**

**SACRAM ESSE VULT**

**FILIVS OBSEQVENTISSIMVS**

**GOTHOFREDVS FRANCISCVS EHRENBERGIVS.**

**S**I æquum est omnino, vt qui arborem  
stituerit, teneramque intorto strame  
vestierit, eius quoque adultæ poma  
pat. Quid magis æquum aut pium esse  
est, quam vt Tuo NOMINI VENERANDE PAR  
hanc meam inauguralem præ ceteris in  
bere gestiam. Pietas est erga Te, quæ  
has partes imponit, & gratæ mentis arc  
Post Deum enim Tibi Honoratissime Par  
ac carissimæ matri debeo, quod existam,  
strisque curis, quod æque in doctrinis Sal  
ac iis scientiis, quibus me totum dedi, re  
institutus fuerim. Pariter quæ mihi idem  
dem fuere vsui, larga ac liberali manu sup  
ditare non dubitastis, instar boni femin  
ris, qui feminis rationem non habet, per  
fus, quod suo tempore hæc impensa vbe  
ri fructu compensetur. DEUS itaque Te  
nerande Parens cum dilectissima matre  
vet vestramque prosperitatem intem  
tam. Vale. Dabam Halæ d. XII. A  
CISIOCCXXIX.



## OECONOMIA.

§. I. Communis error de abbreviandis processibus ex doctrina de interdictis. §. II. de color seu fundamento possessorii generatim. §. III. modus procedendi prætorius breuior quoad omnes lites. §. IV. differentia interdictorum & edictorum horumque formula, vt & constitutionum Imperator. §. V. formulæ edictorum, & qua ratione de iure cunctæ formulæ esse desierint. §. VI. quibus sublatis male principia ex iurisprudencia formularia retinentur. §. VII. applicatio ad possessorium cuius differentia & genuinus color seu fundamentum proponitur. §. VIII. respondetur ad dubium quod possessio sit meri facti, ac fur & latro manutentendus in summariissimo, demonstratur quoque, quatenus possessio sit species iuris in re. §. IX. quomodo capienda sit reiectio quæstionum altioris indaginis & remediorum suspensiuorum. §. X. origo summariissimi non ex interdictis, sed iure canonico & traditis Glossatorum. §. XI. confusio tamen illorum. §. XII. genuinus color ex solo iure in re, cuius applicatio ad interdictum quorum bonorum §. XIII. quomodo competat aduersus eum qui pro herede



vel pro possessore possidet. §. XIV. quare pro possessore possidens is revera appelletur, qui dicit se esse bonorum possessorem. §. XV. refutatur hac occasione ICt. Gallus cl. Branchu, vt & Theophilus, de cuius iuris prudentia generatim. §. XVI. vltior applicatio summarii nostri ad interdictum quod legatorum. §. XVII. rarior & difficilior applicatio ad interdictum saluvianum. §. XVIII. ratio asserti, iuncto exiguo vsu constituti possessorii §. XIX. idem dicendum de interdicto imperatorio ex *L. 3. C. de pignor.* §. XX. & XXI. maximus vsus remedii ex l. fin. C. de Edicto dio. Hadriam toll. §. XXII. quid sentiendum de remediis possessoriis ex iudicis officio. §. XXIII. in medium producitur præiudicium facultatis nostræ iurid. quoad fundamentum huius dissertationis de iure in re. §. XXIV. Transitus ad remedia retinendæ possessionis, præcipue ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est. §. XXV. de interdicto *utrubi*, & *vti possidetis* §. XXVI. item de superficiebus. §. XXVII. de interdictis quoad servitutes paucioribus, possessorio tamen frequentissimo. §. XXVIII. de interdictis recuperandæ possessionis. §. XXIX. an attentatum pendente leu-teratione, vel alio remedio suspensiuo operetur desertionem, negatur, iuncto præiudicio. §. XXX. an egestas eius, qui restituere cum omni causa condemnatus est, subleuanda sit, affirmatur. §. XXXI. de aliis causis recuperandæ possessionis. §. XXXII. an non summariissimum æque quadret ad has causas. §. XXXIII. Conclusio.



DISSERTATIO IURIDICA INAUGURALIS  
DE

# GENVINO COLORE POSSESSORII EX SOLO IVRE IN RE.

§. I.



Ommunis est Ictorum potissimum practitorum cautela, ut in tanta diuturnitate processuum, cui remedium parare desperatissimum opus videtur, quilibet eo praeprimis allaboret, ut interdictum aliquod possessorium in medium proferre & ita leuato velo, quod abusive aiunt, procedere possit, ne in petitorio seu processu ordinario immensam temporis & pecuniae iacturam patiatur; *Ludouici in Proc. civil. cap. I. §. 2.* quoniam vero actiones ordinariae per plures & hodie cessantibus formulis fere infinitae sunt, interdicta praetorum

A

torum

## 2 DE GENVINO COLORE POSSESSORII

torum vero pauciora, istis processuum difficultatibus solo interdictorum catalogo obviam iri posse idem talem desperamus, sane si isto casu, ubi actio personalis in petitorio competit, remedium possessorium daretur, pessime sibi consulerunt tot fures & latrones suspendio rotae puniti, quod tanti sceleris loco vacuam potius, quod aiunt, possessionem morientibus ingentium prædiorum possessoribus non apprehenderint, ficto quodam contractu, cuius qualitate ad petitorium reiecta, haberent per triginta & ultra annos quod vellent, idque loco argumenti ab absurdo præmonuisse iuuabit. Ne tamen statim ab initio nobis contracturi videamur, cum in sequentibus inficiari nefas foret, titulos ex iure in re æque ad petitorium reiciendos esse, utque de intentione dissertationis quodammodo constet, fundamenti loco firmamus, ad actiones personales, etiam si de fundamento illarum ex contractu vel quasi, nam delicta huc non pertinent, evidenter constet, per gradum processus possessorii deueniri nunquam posse, sed solum & vnicæ & actiones reales, cum vero in ipsa praxi quandoque haud leuiter eatenus peccetur, cuius exemplum deinceps inter varia quæ nobis obuenerunt, communicabimus, operæ pretium duximus, peculiarem de hac materia dissertationem conscribere præsentem, soli enim praxi, quo demum omnia collimant, consulere paramus, reliqua vel curiosa tantummodo sunt, vel doctam quandoque imposturam sapiunt, præcipue cum allegatis potissimum rarioribus vexentur imperiti, re ipsa parum iuuentur.

## §. II.

Vt itaque de ipsis terminis constet, colore hoc loco non utimur ad pingendum, vel in sensu proprio, pergulam enim non inuenies, qua picturæ exponuntur, sine pensione, *l. 4. Cod. Theodos. de excusat. artific.* sed improprius est coloris & metaphoricus terminus, non tamen pro fuce vel prætextu adhibitus, uti apud Iuuenal Satyr. 6. v. 279.

*Dic aliquem sodes, dic, Quintiliane, colorem.*

Sed color possessorii sumitur pro vero & genuino fundamento illius, quod tamen principaliter non tractatur, ob disparitatem processus, sed tantum ad colorandum, id est, leuius depingendum per aliqualem demonstrationem, *Bescheinigung*/ neglecta ordinaria probandi via, circa quam maximæ solennitates, ambages, formalia, figuræ in toto fere processu requiruntur. Sicuti vero modernam præxin istius coloris autorem esse deinceps apparebit, ita interdicta prætorum romana istè colorandi modo non indigebant; Etenim processus romanos ordinarios breviores fuisse nostro summariissimo, facile perspectum & cognitum esse poterit, iis, qui analogiam iuris antiqui penitus paulo introspexerunt, quam solam historiam; Ipsum prætoris officium annuum erat, & nihilominus infinitæ lites intra tam breue tempus soluebantur, in tantum, ut vix ultra aliquot septimanas processum durasse vnum & item alterum satis liquere possit, quo igitur de tanta varietate processus potissimum summarii accuratius constet, in causas istius inquisiuisse iuuabit, præsertim cum possessorium nostrum cum doctrina interdictorum non adeo

#### 4 DE GENVINO COLORE POSSESSORII

conueniat, nec careamus possessorio, silentibus interdicitis, nec loquentibus utamur, sicuti par erat.

##### §. III.

Prætor Romanus in ordinariis cognitionibus vna vice expediebat tot actus, qui seriem actionum apud nos pro dolor quandoque requirunt, fiebant nempe interrogationes præparatoriæ ne incompetens actio eligeretur, edebatur libellus, sequebatur litis contestatio, dabantur quoque exceptiones, quod adeo certum est, ut ne omnes quidem exceptiones permittere auderet Prætor, vnde *Cic. in Lucullo: Tribunum aliquem adeisnt, a me istam exceptionem nunquam impetrabunt.* Post iudicem dabat, qui probata actione iuxta præscriptam formulam sententiam ferebat, prætor enim ipse non cognoscebat, tanta erat diffidentia & circumsepta autoritas, ne laxiori concessa iudiciis potestate, tyrannidem concupiscerent; solæ extraordinariæ cognitiones exceptæ, quæ ad nostram rem potissimum faciunt, quibus illustrandis materia interdicatorum examinanda veniet.

##### §. IV.

Differunt vero interdicta ab edictis, quæ iterum varia erant, vel censoria & alia publica in statu turbido, quo pertinebat formula, *Bonum factum* vnde *Valerius Probus literas: Q. B. F.* quare *Bonum factum* explicat, aut vice versa formula contraria erat. *Non placet, Non placere*, vnde *Sueton. de clar. Rhetor. 16. Renunciatum est nobis esse homines qui nouum genus discipline instituerunt: ad quod iuuentus in ludos conueniat, eos sibi nomen imposuisse Latinos Rhetores; Ibi homines adolescentulos totos dies desiderare. Maiores nostri, quæ liberos suos*  
discere

discere & quos in ludos itare vellent, instituerunt. Quapropter ex his, qui eos ludos habent, & iis qui eo venire consueverunt, videtur faciendum, ut ostendamus nostram sententiam Nobis non placere. Longe alia ratione edicebant principes nempe per subscriptionem *l. 3. C. d. diuers. rescript.* & iussum, ut edicta vel constitutiones populo publicarentur, quare sæpius in Nouellis: *proponatur amantissimo nostro populo Rom. vel populo Constantinopolitano*, propositio vero fiebat locis consuetis *Nov. 141. in fin.* & accedebat missio per prouincias, sola enim vrbs Romana Imperatorum tempestate prærogatiuas istas non habebat, & quamuis in æs quandoque inciderentur leges & constitutiones Imperatorum, sicuti iubebat Imperator Constantinus in *l. 2. quemadmodum mun. civil. in Cod. Theodos.* vid. quoque *l. 4. de sciariis eod. Cod.* tamen hoc tantum fiebat melioris asseruationis causa, cum alii legem suam intro apud vasa sancta reponi iuberent, *Nov. 9. 25. 26. 40.* Prætorum vero edicta sicuti & interdicta tabulis & albo publice affigebantur, ita *Liuius Lib. 25. M. Æmilium* prætorem vrb. ut nouis religionibus populum liberaret, edixisse memorat. *Vt quicumque libros vaticiuos precesionesve aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes literasque ad se ante Calendas Aprilis deferret; neu quis in publico sacroue loco nouo aut externo ritu sacrificaret,* alias infinitas formulas tradit *Briffon. de formul. pop. rom. lib. III. p. m. 280. seqq.* Notissima quoque sunt edicta successoria, totam successionis antiquæ ad solas familias adstrictæ materiam, ad statum nouiorem attemperantia.

## 6 DE GENVINO COLORE POSSESSORII

### §. V.

Interdicta vero prætorum idem quidem tabulis publicis proponebantur sed diuersa ratione formulisque diuersis, prout erant vel *prohibitoria*, aut *restitutoria* aut *exhibitoria* l. 2. ff. de Interdict. l. certum §. sed & si ff. de confessis §. I. Instit. de Interdict. In prohibitoriis formula erat, *vim fieri veto* l. 2. §. ult. ff. ne quid in loco publico l. i. ff. de vi publ. & pluribus aliis, in restitutoriis ita interdicebat prætor, *Restituas* l. 1. ff. quor. bon. l. 1. ff. quod vi & clam. l. ait. prætor. ff. quæ in fraud. creditorum eiusmodi interdictum, etiam *Fraudatorium* vocatur in l. pupilli ff. de solution. In Exhibitoriis prætor utebatur verbo *exhibeas* l. 1. ff. d. tab. exhib. Negar tamen non potest accuratam illam verborum & formularum conceptionem in extraordinariis iudiciis quo pertinebant interdicta, obseruatam non fuisse teste Paulo in l. actio ff. d. negit. gest. dicebantur enim extraordinaria, quia prætor ipse extra ordinem cognoscebat, ordinariæ vero causæ ad iudicem in instructo coram prætore processu & data formula remittebantur, vnde iterum differentia cùm edictis, de quibus generaliter vid. Alciat. in parerg. iur. Lib. 3. cap. 15. Hotomann. in verbis Iur. voc. interdictum At sub Cæsariibus obsolescebat pedetentim eloquentia forensis, & cum antea vi edicti de postulando cuilibet licuisset postulare, qui non prohibebatur, Imperatorum tempore certos denominare aduocatos conueniebat tot. C. d. aduoc. diuers. iudic. quare Cicero ad Trebatium si formulas scribere non didicisti, minus multi te patrone causa cadent, er würde nicht viel Prozesse vernehmen / donec tandem euanesceret tota formula

rum

rum conceptio per constitutionem Constantini *de formulis & Impetr. sublat.* quæ iuris formulas accupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus radicitus amputari præcipit, quas accupationes olim non verebantur, cum quilibet sufficienti eloquentia & formulis contractuum seu negotiorum priuatorum concipiendis satis esset instructus.

## §. VI.

Neque igitur persuadere nobis possumus Romanas de istis tricis & ambagibus quoad negotia stricti iuris & pacta nuda vel somnio cogitasse, quales nobis post tot secula & tantum temporis spatium fingimus, facile enim omnia reducebant ad stipulationes, veluti vt dolus, euictio vsuræ præstarentur. Nos vero ridendi omnino sumus, quod remota & sublata iurisprudencia formularia, infinitas conclusiones legesue ipsas eo pertinentes cum imperitis compilatoribus retinuerimus, vnde etiam quod res est nostræ dissertationis, statim erit monendum ex interdictis romanis eorumque formulis vix posse desumi nostrum processum possessorium, multo minus vero istius differentiam inter summarium & summariissimum, quæ hodie totam ipsius paginam facit, nam summarium seu ordinarium a petitorio quoad modum procedendi nec quicquam differt, & nisi difficilior in petitorio esset probatio intuitu tituli, quam in possessorio ordinario intuitu antiquioris possessionis & facti tantummodo probandi, frustra forent omnes qui loco ordinarii petitorium non statim eligerent. Quod diximus vero per interdicta celerioremodum procedendi non indigari, hoc neutiquam infrin-



## 8 DE GENVINO COLORE POSSESSORII

infringitur per vulgatum illud, quod *leuato velo* procedatur, velum enim tam principes quam iudices habebant, quo leuato ipsi cognoscebant, & ita leuato prætoris velo, ipse prætor, vnde extraordinariæ cognitiones dicuntur, probatur hoc ex *l. 6. Cod. Theod. de naufragiis*, & clarius ex *l. i. e. C. de offic. Recl. prov.* vbi, quod *non sit venale iudicis velum*. De duplici Principum & iudicum velis conf. Alamannus ad Procopium p. 103. edit. 1.

### §. VII.

Neque difficilis erit thematis nostri probatio, quis enim auderet adstruere, quod ex interdictis desumi posset noster processus summariissimus cum ipsa interdictorum verba longe in alias eant partes; Constat inter omnes quod in summariissimo solum factum possessionis consideretur, saluo tamen ipsius colore seu fundamento, quod deinceps diiudicandum veniet, non vero qualitas possessionis, potissimum de vi, clandestinitate vel precario, interdicta vero vix aliter constant, nisi nec vi nec clam nec precario quis possideat; Ergo materia possessorii ex longe aliis principiis haurienda, quod eo magis conueniet nostræ praxi, cum in materia possessorii egenissimus & inopes, & miserabilium iure vtamur, sanioribus principiis destituti, quod exinde potissimum obuenit, quia Saxones ICTi, quibus omnem fere materiam practicam debemus, vix obiter processum possessorium quondam tractauerint, reliqui vero Itali vel alii, interdicta romana sequantur absque ratione & ita soli iudicio practico relinqui soleat, quomodo factum possessionis discrepet ab ipsius qualitate, quod tamen

tamen tota res redit, nam si quatuor & plures testes in summariissimo deponant, pro actore, totidem pro reo, nihil superest, nisi ut probe iudicetur, annon alterius partis momenta potius quadrent ad qualitatem possessionis, antiquitatem, restrictionem vel alia circumscripta requisita, quibus ad ordinarium reiectis vsu rerum firmatus Ictus rem probe dignoscat, nos hisce cautionibus addimus hac dissertatione aliam obseruationem, an non finis possessorii recurrat ad actionem personalem, non vero realem, quippe quem colorem neutiquam admittimus formamque regulam statim generalem: quoties fundamentum possessionis recidit ad actionem personalem, toties denegandum est possessorium, quoties vero ad realem, toties concedendum, quamuis fileant interdicta romana.

### §. VIII.

Sicuti enim possessorium ordinarium præparatio est & gradus ad petitorium, ita summariissimum talis est præparatio & gradus ad possessorium ordinarium, neque fundamentum alterius separari potest ab altero, quamuis accurata istius indago eatenus suspendatur, nec obstat quod alii his principiis destituti & in tanta Ictorum varietate perturbati recedant ad aliud extremum, nempe quod possessio sit meri facti & nihiliuris contineat, quia & fur & latro in summariissimo manutenendus, cui colorem vel fundamentum ex iure in re concedere nefas foret, sicuti vero deinceps dicemus quod & hodie aliqua differentia remaneat inter meram manutenentiam & possessorium, ita tamen hoc loco ista non indigemus sed mira-

mur potius tot egregios ICTos tantillo dubiolo potuisse vexari, nam neque ex actione personali fundamentum suum desumunt fur & latro qua tales, absque villo tamen colore possessorium denegant omnemque & singuli, non igitur quaestio est an fur & latro manuteneantur qua tales, sed eo potius recidit, an non contra vim æque iniustam sint manutenendi, donec appareat, an etiam fures vel latrones sint, vno verbo quando ista ratione fur latro & turbator iniustus concurrunt, posterior reiicitur ad iustiorum tractandam viam vel actionis seu interdicti vel etiam denuntiatio- nis, quodocumque vero euidenter apparet furem aliquem esse vel latronem, hic nihil iuris habet, præter defensionem in inquisitione, & quotidie ab ipsius captura initium fieri videmus, quam sententiam absque vlla doctorum allegatione præmonere volumus ne summis etiam ICTis dissentiendi studio contradicere videremur. Apparet vero simul, quam caute respondendum sit ad quaestionem, an possessio sit species iuris in re, nimirum distinguendo, quod non sit ius in re per se & sua natura, sed quatenus possessio accessoria & ad ius domini, hæreditatis, pignoris & seruitutis, in omnibus enim his generibus reparanda debet quævis turbatio.

## §. IX.

Non tamen obstare nobis poterit, quod in summariissimo sola quaestio *an* tractetur, an nempe actor tempore turbationis possederit, in ordinario vero quaestio, *quomodo*, seu qualitas, antiquitas, vel restrictio possessionis, nam hoc tantum hypotheticum & secundum quid, non vero simpliciter vel plane rudem capiend

capendum, alias inutilis foret omnis theoria possessorii cui nempe competat interdictum quorum bonorum, cui, quod legatorum, cui alia, aduersus quem & ad quid, omnes enim hæ quæstiones vt plurimum supponuntur & extra controuersiam positæ habentur, alioquin demonstratio summaria sine dubio æque requiritur, & hic est ille color seu fundamentum possessorii. Vtterius non obstat, quod quæstiones altioris indaginis ad ordinarium reiiciantur & remedia suspensiuua nunquam admittantur, quod valde durum videri posset, si tam arduæ quæstiones, ad quas nos colorem istum reducimus, tractandæ venirent, nam non reiiciuntur dictæ quæstiones in se, sed tantum quatenus sunt altioris indaginis, & in continenti improbabiles seu indemonstrabiles, neque demum remedia suspensiuua denegantur, in se, sed tantum quatenus sunt suspensiuua, si enim quis possessor nondum existat, vel condemnatus executionem pati paratus sit, tanquam deuolutiuua omnia remedia potissimum de praxi iuris communis admittenda sunt, & in regimine quoque Ducatus Magdeburgici leuiteratio eatenus admittitur, quo minus vero regulariter ista remedia interponantur, vel reiectorum prosecutio salua executione vrgeatur, ex ignorantia aduocatorum accidit, qui immensum illud commodum non æque considerant, quod nempe si sententia reformatoria subsequatur, facilis iterum sit executio, & intra aliquot septimanas speranda, vbi e contrario in possessorio ordinario decem quandoque & viginti anni expectandi sunt, quia hic processus a petitorio in se non differt.

§. X.

De summarissimo itaque possessorio, primaria quæstio erit, nam ordinarium sicuti dicta ratione a petitorio, nisi quoad faciliorem probationem vix distat, ita quilibet qui de summarissimo non habet quod nobiscum contendat, multo minus de ordinario disputabit, ex omni enim summarissimo ad summarium recursum patere in propatulo est, ipsa vero differentia inter summarissimum & summarium seu ordinarium legibus civilibus vel interdictis non fundatur, sed est inuentum iuris canonici, & interpretum eius puta glossatorum, ipse enim textus, regulam, quod spoliatus *ante omnia* restituendus sit, pro favore ecclesiæ & personarum ecclesiasticarum præprimis adhibebat, non contra illam, & si miser laicus iustam conquirendi causam haberet, respuebant, ita ipse textus *can. redintegrandæ caus. 3. quat. 1.* expressè loquitur & satis cum impetu de expoliatis & eiectionibus episcopis, si vero cum hac dispositione conciliari velimus *cap. I. X. de restitutione spoliator* operam abutimur, ut enim de contrarietate constet, totum textum inserere sufficiet, qui ita se habet. *Licet multum & infra conquestus est nobis Philasius cæcus, eius campum ab ecclesiâ hominibus irrationabiliter occupatum, quod si ita est, quamquam ante omnem contentionem possessio debuerat ei violenter ablata restitui: tamen quia diaconus ipsius ecclesiæ consentiente illo constituit se legitime probaturum, dictum campum eiusdem ecclesiæ iuris esse, inquire veritatem, & si hoc probatum fuerit, huic dicendum est, ut a sua intentione discedat, alioquin res ei ablata restituatur, rationem iniuriamque restitutiæ facile deprominus ex ipsis verbis sequi. Cap. I.*

qui

quia non est verisimile, quod sponte iuri suo renun-  
tiauero, qui renunciat spoliatus, alia ratio desumi  
potest a vita & fama autoris dicti cap. I. nempe Gre-  
gor. IX. adeo enim infensus erat laicis vt iuxta Vr-  
spergensem & Platinam contra ipsum Imperatorem  
pugnantibus vitam æternam promitteret.

## §. XI.

Glossatores tamen regulam deinceps in se ra-  
tionabilem quidem retinebant, quod causa restitutionis  
& possessionis tractanda sit ante omnem reliquam  
contentionem, quoniam vero ius ciuile romanum  
simul tractabant, & cum iure canonico moribusque,  
medii æui,

*risum teneatis amici!*

in luculentam erecturi erant consonantiam, doctri-  
nam de interdictis & extraordinariis cognitionibus ne  
quidem percipientes, tot & tantarum confusionum  
autores fuerunt; vt Menochius quoque Italus Ictus  
æquitatem præuidens, remedia vero prætorum insuf-  
ficientia deprehendens, adiiceret semper in fine ali-  
quod remedium possessorium, quod nominat *ex iu-  
dicis officio*, confunderet tamen perpetuo fundamen-  
tum actionum realium & personalium, quod vt fir-  
mius reddamus, prima vice examinabimus interdicta  
adipiscendæ possessionis, quæ vulgo enumerantur,  
quorum bonorum, quod legatorum, interdi-  
ctum Saluianum, ex l. 3. C. de pignoribus, & ex l. fin.  
C. de edicto diui Hadriani tollendo. Sane interdi-  
ctum quorum bonorum ex iure in re fundamentum  
habere, nempe hereditario, in vulgus constat.

## §. XII.

Quod vero etiam in summariissimo nostro, quorum hoc interdictum de praxi quoque pertinet, *Ludovici in process. civil. cap. 1. §. 5. sequ.* coloranda sit possessio ex iure in re, certum quidem est, sed an hodie ex iure hereditario præcise colorandum huius interdicti non adeo constare videtur, de iure romano nullum erat dubium, cum interdictum quorum bonorum ne quidem contra alium competeret, nisi qui pro herede vel pro possessore possidebat, *l. 1. ff. quorum bon. §. adipiscende l. d. interdict.* *Lauterbach ad dict. tit. §. Dd. communiter*, sed ad praxin nostram quod attinet generaliter præmonendum censemus, quod communiter duplicis generis demonstratio, *Beschreibung* in omni summariissimo requiratur, prior de possessione, quæ cum colore nostro fere coincidit; posterior de turbatione, sicuti igitur turbatio in interdictum quorum bonorum supponit iniustam invasionem tertii antequam heres possessionem adprehenderit, in possessione defuncti coloranda est æque ac successio hæredis, inde recte Ludovici cit. §. V. non esse formulandum medium terminum, *wenn denn nun die Sache dem Verstorbenen zugehört (oder eigenthümlich zu gestanden) und auf mich nach Erbgang Recht verfällt worden/* sed ita, *wenn denn nun die Verstorbene diese Sache in Besitz gehabt und dieselbe u. ex quo sequitur, tam ex iure domini vel quasi, quam hereditario colorandum est hoc possessorium, & ita paraphrasis foret talis, quod sicuti in interdictum contra defunctum actionem debuisset institui vel interdictum, si rem ipsam eiusve possessionem pre-*  
tende

tendere voluisset, ita etiam debeat contra heredem instituere, non vero inuadere, quare concedendum fit, ante omnia remedium adipiscendæ.

## §. XIII.

Quod vero iure romano tam hereditatis, petitio quam interdictum quorum bonorum tantum competierit, aduersus eum, qui pro herede aut pro possessore possidebat, illud ex ratione formularum fluebat, hæreditatis enim petitionis formula erat, *ut declaretur heres*, hæc sane non quadrabat aduersus titulo singulari possidentem, quippe qui non cupiebat declarari hæres, sed facile respondere poterat, per se licere, ut alter declaretur, inde tamen non sequi restitutionem, sed aduersus venditorem hereditatis tunc agendum, quia pretium succedebat in locum rei, hic vero si soluendo non esset, utilis hereditatis petitio aduersus titulo singulari possidentem competebat *l. 13. §. 4. 8. & 9. ff. de her. petit. l. 2. C. de hered. & act. vendit.* Ita etiam in interdicto quorum bonorum formula quidem non erat *ut declaretur bonorum possessor*, sed saltem *id illi restituatur*: Supponebatur tamen expressis verbis talis bonorum possessio competens, secundum clara interdicti verba, *quorum bonorum ex edicto meo illi possessio data est, quod de his bonis pro herede aut pro possessore possides, possideresue, si nihil v'su captum esset &c.* vnde doctores prolixè disputant, an edictalis an decretalis bonorum possessio requiratur, *Menoch. de adipisc. poss. Remed. l. n. 9 sequ.* & ita etiam dabatur hoc interdictum sicuti hæreditatis petitio, aduersus eum qui pro possessore possidet, id est, qui dicebat & putabat se ipsum esse bonorum possessorem, si tamen ulterius



terius interrogabatur, an ex edicto vel decreto possideret, nihil aptius respondere poterat, quam possideo quia possideo id est, quia bonorum possessor sum, quod tamen per mendacium assererat, inde ex post facto dicebatur prædo, impossibile enim alias est absque contradictione percipere leges, & quid sibi velint, per eum qui pro possessore, puta bonorum, possidet, nec obstat *l. ii. §. i. ff. de hered. petit.* quæ cum similibus hæctenus, quod mirandum, omnes fefellit, ubi verba: *Pro possessore vero possidet prædo*, nam non ideo, dicitur prædo, quod responderit, se pro possessore possidere, sed quod falso & per mendacium illud asseruerit.

#### §. XIV.

Neque enim ad possessionem pro possessore tantum restringitur vox prædonis, sed & ad hæreditatem extenditur & generaliter prædo est, qui scit ad se hereditatem non pertinere *l. 25. §. 3. ff. de hered. petit.* atque etiam b. f. possessor, cum incipit habere alienæ rei scientiam prædo dicitur *l. 31. §. 3. ff. eod. Brisson. de Verb. Sign. voce prædones*, sicuti igitur hæreditas & bonorum possessio sibi subordinantur, ita etiam possessio pro hærede & pro possessore, nec facile mentel percipi posset, quare tum demum inciperet interdicitum, quorum bonorum & requireretur tanquam necessarium, quandocunque quis dixerit se pro possessore possidere, si idem esset prædo & qui pro possessore possidet, neque demum conciliari possent verba interdicti *si nihil usu captum esset*, prædo enim usu capere non potest, & quodnam sodes remedium ulterius præter spem contradicturus accommodabitur istis

istis qui de bonorum possessione seu successione prætoriam inter se contendunt, nos nullum aliud inuenimus quam interdictum quorum bonorum; Vnicuique quidem obstare videtur *l. ii. in pr. ff. §. hered. petit.* Vbi dicitur, quod etiam bonorum possessor pro hærede videatur possidere, sed veremur, ut hic textus qui idem est Vlpiani rite sit enucleatus, nucleum enim digestorum nos tantum habere, non ipsos textus, ex *tot. tit. C. d. veter. iur. enucl.* constat. Veremur quoque ut Vlpianus, qui de praxi sua se loqui, & incertitudinem fateri commonstrat *l. i. ff. quod legator.* rem acu tetigerit, primo enim vox *videtur* rem ipsam dubiam facit, deinceps ne verbum quidem in ipso textu remanet, quod salua iuris antiqui & ipsius interdicti analogia a contradictione possit liberari, statuitur enim quoque quod, qui scit se heredem non esse, pro herede possideat, contra expressum textum *§. 3. l. d. Interdict.* quem recte Hotomannus ita explicat, quod pro possessore possideat, qui vel plane non contendit se heredem esse vel non potest probare, id est siue heredem se dicat siue bonorum possessorem, neutrum tamen verum sit, & ita nihilominus actor experiri aduersus eum teneatur, quod absurdum foret, si se dixerit prædonem; bilem interea deprecamur omnium, quibus coniectura nostra non arridet, sufficit nobis tempore Vlpiani super verbis interdicti iam fuisse disceptatum, ea vero alium sensum in se non admittere, nam de adplicatione Vlpiani & sequioris æui non disputamus, sed potius hac distinctione textus conciliamus, & sine dubio prætor dicturus fuisset, qui pro hærede, vel pro bonorum possessore possi-

possidet, nisi vox bonorum in tam paucis interdicti verbis bina vice iam contineretur, fuissetque ingens tautologia, si ita dixisset prætor: *quorum BONORVM NB. ex edicto meo illi possessio dacta est, quod de his NB. BONIS pro herede vel pro possessore* (quare iterum bonorum) *possides*; quicquid huius sit nos exinde iterum sufficienter probamus praxin nostram interdicti quorum bonorum ex stilo romano non esse hauriendam, sed rite fundari, siue quis se heredem dixerit s. bonum possessorem siue successorem singularem, siue vniuersalem, hæc omnia enim reiiciuntur ad ordinarium vel petitorium, dummodo possessorium dicta ratione colorari possit.

## §. XV.

Quod diximus de controuersia Vlpiani cum aliis ICTis de titulo *pro possessore*, illud de titulo *pro herede* quoque commonstrat, acutissimus ICTus Gallus Cl. Branchus *Decad. 2. c. 20.* Concludimus vero ex cit. *l. ii. ff. d. hered. petit.* sententiam Vlpiani, quod, qui putat se esse bonorum possessorem, titulo pro herede gaudeat, æque inter ICTos vexatam & dubiam fuisse, postquam hereditas & bonorum possessio iam perinde sumeretur *l. 138. de V. S. Lauterbach in compend. ad ff. ab init. tit. de bon. poss.* cum tamen tempore prætorum exactam fuisse obseruatam differentiam nemo negauerit; quamuis enim ex voce videtur communiter concludant Doctores, Iustinianum istam opinionem secutum, de qua nonnullis ita videbatur, sicuti ex genuinis regulis interpretationis legalis negari omnino non potest, nobis tamen sufficiat, controuersum de mente prætoris fuisse, & ita facile licuit  
pro

pro sentiendi libertate addere, quænam opinio videatur verior; quominus autem deinceps Icti nostri hanc controuersiam tetigerint, Theophilus in culpa esse videtur, qui pro sua mixtura Constantinopolitano-Romana, prona facilitate amplectabatur tortam sententiam Vlpiani, addebatque: *Pro possessore dicitur, qui vi rapuit aut abstulit, nec refert, totam hæreditatem, an rem aliquam possideat. §. 3. suarum Inst. de interdict.* quod nulla ratione cohæret; vt itaque de Iurisprudentia Theophili mentem nostram addamus, fuisse optimum interpretem & Paraphrasten Iuris Iustinianæi qua Iustinianæi arbitramur, in antiquiori Iurisprudentia vero Romana qua Romana raro ipsi fidem habemus, quia principia Græco - Constantinopolitana perpetuo miscebat, exemplum inter varia habemus in materia literarum obligationis, vbi syngrapha Græcorum & nomina Romanorum ex tabulis domesticis vnice deriuanda perpetuo confundit, & cum eo omnes ipsius absque discrimine asseclæ, sicuti Salmasius, Hotomannus & alii quodammodo aduerterunt; tacemus adhibita ab eo, sine iudicio, principia mancipationis & infinita alia; de cetero quod clariss. Branchu de titulo pro hærede tradit, nos adeo non tangit, veremur tamen vt Thomasius contradicendo rite tetigerit, sicuti veremur vt Cuiacium p. 227. quicquid enim huic opponit, quod hæreditatis petitio eluderetur, id illi vnice obstat, & totam ipsius doctrinam alterare videtur, quod si enim hæreditatis petitio triginta tantum annis præscribitur *l. 7. C. d. pet. hered. l. 3. C. in quibus caus. cess. long. temp. præscr.* quomodo status vsu capiendi, quomodo tituli pro herede, pro suo, reliqui, ad mentem eius quadrabunt? Ipse Seneca to-

tam ICtorum scholam sibi contrariam agnoscit, saltem de æquitate loquitur; hos vero ICtos ex Seneca, quomodo interpretabitur Cl. Branchu? Sicuti vero recte statuit p. 241. quod is qui pro hærede possidet, debeat contendere se esse heredem, ita quoque & nos statuimus, illum qui pro possessore possidet, debere contendere se esse bonorum possessorem.

### §. XVI.

Consequens est vt de interdicto quod legatorum videamus non tamen criticam nostram vltius persequemur, sed praxin potius hodiernam non ex interdicto sed occasione illius tradendam, hoc loco enim habemus Vlpianum confessum & conuictum, quum nec de ipso quidem nomine & verbis interdicti sibi rite constare fateatur statim in *l. 1. pr. ff. h. t. traditio* eius hæc est: *hoc interdictum vulgo quod legatorum appellatur*, quo ipso, conciliatio nostra non inutilis redditur, quod Vlpianus in materia interdictorum magis profequitur praxin sui temporis, quam accuratioris interdictorum disquisitionem, competit hoc interdictum hæredibus quibuscunque etiam vltioris gradus, etiam bonorum possessoribus, fideicommissario vniuersali Ripa in *l. 1. h. hæredibus ab intestato*, & generaliter omnibus contra legatarium, fideicommissarium singularem, eorumque hæredes *l. 1. §. Legatorum ff. quor. bon.* immo contra successorem singularem *l. 1. §. illud ff. quod legat.* ibique Ripa in princip. v. 6. est enim scriptum in rem *l. 1. §. vlt. ff. de interdict.* ergo aduersus quemcunque possessorem competit, *l. de eo ff. ad exhib.* eo tamen casu tantum si legatarius rem legatam propria auctoritate apprehenderit, quod ipsi neutiquam

tiquam permiffum, quia hæres quartam detrahere prius potuiffet, quod fi non fecerit, & ipfe legatum absque detractiõne tradiderit, nec interdictum nec alia actio competit, quia ignorantia iuris non excusat, vnde fi error facti intercedat aliud sentiendum; quæritur vero cum hoc interdictum competat aduersus legatarium, annon legatario ipfi aliquod remedium possessorium concedendum ad rem legatam habendam. Huberus in prælectionibus & position. ad ff. ingenuæ fatetur, nullum in iure proditum esse, si tamen possideat habiturum eum vti possidetis interdictum per *l. 8. pro legat.* At vero in concedendis remediis retinendæ faciliores sumus potissimum contra turbatores, primaria autem quæstio est, de remediis adipiscendæ, quæ quidem, non adeo cito expediuntur quam ista, summarie tamen in iis proceditur & hoc potissimum commune habent omnia summarissima inter se, quod demonstratio coloris factique possessionis & turbationis tantum requiratur demonstratio summaria *Beschreibung*/ item quod nec exceptiones altioris indaginis, vel remedia suspensiva admittantur, quare cum nostram hypothesin satis existimemus stabilitam, vbi nempe ius in re competit in petitorio, ibi nunquam denegandum esse possessorium, neque ad nomina & catalogum interdictorum possessoria nostra in praxi esse restringenda, facile auxilium præbere valemus legatario, præcipue cū nomina actionum designare ne quidem in petitorio iuxta vulgatam praxin sit necesse, multo minus nomina interdictorum in possessorio, quamuis etiam vtile interdictum ex *l. fin. C. de edicto diui Hadriani tollend.* competere legatario

tario facile cum Stryckio, hoc interdictum pacti quoque dotalibus quoad successionem tribuenti, praetici consentient, testamentum enim vitio visibili carens legatarius pro se item idem allegare potest.

§. XVII.

Sequitur interdictum Salvianum, ab auctore Saluio Iuliano qui Edictum perpetuum composuit ita dictum, de huius interdicti formula & effectu secundum leges civiles admodum variant interpretate aliter tradit formulam *Eguinarius Baro in §. adipiscenda I. de interdictis § lib. 6. manual. tit. 33. quod in fundo Lucii Titii pignoris nomine induxisti intulisti, aut credituri obligasti qua de re agitur, quo minus id ei apprehendere liceat vim fieri veto.* Breuius *Hottomann. in §. Interdictum quoque I. de interdict. quod tu illi mercedis causa oppignorasti, qua de re agitur, id illi restituas.* In ipso titulo digestorum nulla formula reperitur, sed quae variis fuerint iam tunc temporis Iureconfulti ex *leg. § 2. quæ est Ulpiani*, iterum constat, simulque apprehet, vim fieri potissimum vetari, si quis rem oppignoratam apprehendere voluerit, & hoc in plurimis interdictis adipiscendæ obseruandum, communiter tamen negligitur, qua ex re concludi facile potest usum esse exiguum interdictorum Romanorum in hoc sicuti etiam de aliis interdictis dicitur, nunquam enim propria apprehensio possessionis nisi vacuæ, etiam si alias fundata sit, permittitur, sed ideo celeriter processu succurritur apprehensuro. Ipsum effectum interdicti Salviani, quod attinet, varie a Doctoribus proponitur, partim enim disputant acriter an etiam differentia utilitas remaneat inter actione

hyp

hypothecariam & hoc interdictum, quia appellatio-  
 nis remedium competeret in interdicto non vero in  
 hypothecaria *Cæpolla cautela* 87. *Negusant. de pignoribus*  
*part. vlt. membr. vlt. n. 26.* *Gomes. in §. item Seruiana Inst.*  
*de act. n. 36.* *Roland a Valle lib. 1. conf. 14. n.* *Menoch. adi-*  
*piscend. possess. remedio 3. n. 7.* quod tamen hodie e dia-  
 metro nostræ praxi contrarium, nam nunquam in  
 summariissimo competit remedium appellationis, in  
 ordinario & petitorio semper. Iterum disputant le-  
 gum interpretes, an interdictum Saluianum compe-  
 tat aduersus tertium possessorem, alii negant *ex l. 1.*  
*Cod. de precario & Saluiano interdicto*, alii affirmant. *ex*  
*l. 1. §. I. ff. de Saluiano interdicto*, alii pro conciliatione  
 distinguunt inter directum & vtile interdictum, *Gotho-*  
*fredus ad leg. 1. ff. de Saluiano Interdicto*, nos vero pro  
 firmissimo principio agnoscimus, quod sicuti nullum  
 possessorium coloratur vel aliud fundamentum agno-  
 scit nisi ex iure aliquo in re, ita quoque semper cuicun-  
 que succurrendum sit remedio aliquo possessorio, si  
 ipsi in petitorio competat actio realis, imo vero ex  
 iure quocunque reali & adipiscendæ & retinendæ &  
 recuperandæ possessionis auxilio iuuari debere colo-  
 rantem, quia omne summariissimum est primus gra-  
 dus, summarium vero secundus & præparatio quæ-  
 dam ad actionem realem, ex quo saniori principio  
 maximeque practico simul fuit, illud quoque reme-  
 dium, quod olim adipiscendæ tantum erat, negle-  
 ctis formulis Romanis, hodie certo respectu fieri  
 posse & retinendæ & recuperandæ, nec semper re-  
 currendum ad vtile interdictum, vti possidetis, ad quod  
 sane axioma quantum non stuperent glossatores, si in  
 nostra



nostra reuerterentur fora; quo minus autem interdictum Saluianum hodie adipiscendæ sit, sed potius retinendæ & rarius recuperandæ, id est nisi vis accesserit, patebit ex sequentibus.

§. XVIII.

Equidem potuisset hanc rem quodammodo tangere *B. Ludouici in doctrina pandectarum ad tit. de Interdicto Saluiano §. 3.* vbi agnoscit beneficium excussionis competere possessori aduersus hoc interdictum nisi hypotheca fuerit specialis, quod iam supposuerat *§. 8. sub. tit. ff. de pignoribus*; at vero quantumuis hypotheca fuerit specialis, an non possessor pignoris habet beneficium offerendi nempe debitum? Sane nemo ipsi hoc denegare poterit, potius an non libellus alternatiue concipi possit vel debeat, controuertunt practici in actione hypothecaria, cuius prodromus est actor in possessorio ex Interdicto Saluiano, sane hæc iuris pignoris restrictio commouit *B. Bornium* vix certamen iniret cum *Hahnio*, an non vna saltem species iuris in re, nempe dominium, quod quidem negamus, cum restrictio & exceptio firmet potius regulam in casibus non exceptis, ad nostram vero possessorii praxin, quod satius est, faciliori negotio inuenimus rationem, cur ex iure pignoris rariore sint processus possessorii, videlicet, quia hæc species iuris in re multum temperatur ex iure ad rem seu obligatione personali ex debito, cui accessorium tantum est ius pignoris, nisi creditor sit simul pignori possessor, vel vis ei facta, isto casu enim vixius possessionis & remedium in possessorio applicabile esse iam demonstrauius, vnde non miramur famosum  
illu

illud constitutum possessorium magis a Doctoribus quam ipsa rei experientia laudatum tam exiguum usum præbere in foro, quamvis ne notarius quidem sit, quin enorme vitium commisisse fateatur, si omiserit in obligationibus cum pignore clausulam illam constituti possessorii & pacti de ingrediendo, quia quamvis propriæ auctoritatis ingressio non probetur vel admittatur, possessorium tamen summarissimum istam clausulam operari cum Strykio omnes vnanimiter fatentur, isti vero qui cum glossatoribus interdictorum formulas sequuntur, propriam apprehensionem absque vitio vix admittunt. *Tiraquell. de iure constituti possessorii part. 1. n. 37. 40. § in tractatu le mort fait le vis 3. part. declaratione 1. n. 1.* nos vero ex principiis nostris frustraneam esse & de nihilo non tantum theoretice statuimus, sed ipsa praxi comprobamus, nunquam enim in praxi tantaque actorum copia processum possessorium talem vidimus cum effectu, aliosque vidisse dubitamus, quoniam quæstio principalis ipsius debiti ex iure personali, ineuitabili ratione concurrat, hac vero finita, inutile foret possessorium tentare, cum ipsa executio in pignus tunc parata sit, ita de constituto possessorio contra ipsum debitorem, contra tertium vero, nisi hypotheca anterior sit, parum operabitur accessorium illud seu clausula adiecta dicti constituti.

### §. XIX.

Idem dicendum de remedio *ex leg. 3. Cod. de pignoribus*, quod quidem non prætorium est, sed ab ipsis Imperatoribus *Seuero & Antonino* concessum, vnde Huberus differentiam format inter prætoria & Imperialia interdicta, quæ quidem in effectu non differunt, vi-

demus tamen statim principia status popularis de propria apprehensione, & quando ad vim pertineat ne. Imperatoribus vero hæc non placuerunt, sed auctoritatem præsidis requisierunt, unde verba remedi *ex dicta leg. 3.* hæc sunt: *Creditores qui non reddita si pecunia, cœventionis legem ingressi possessionem exercent vim quidem facere non videntur: attamen auctoritate præsidis possessionem adipisci debent.* In hoc enim præcipuum differt hoc remedium ab interdicto potissimum uti Saluiano, quamquam etiam in eo differentiam fundamus, quod interdictum Saluvianum supponit pignus vel hypothecam pro securitate crediti constitutam, hoc remedium ex *leg. 3.* vero tantum succurrit eis, qui pacto sibi prospexerunt, ut loco executionis & præcedentis ordinarii processus, non reddita pecunia, propria auctoritate liceret ingredi possessionem bonorum debitoris, licet Brunnemannus *ad dictam leg. 3.* ex Negusantio, Tuscho, Colero & communis doctorum schola existimet hoc loco præsumi hypothecam constitutam. Etiam si igitur l. 3. nostra admodum clara non esset, ex Recessu quoque deputationis Imperii de anno 1600. §. *ob auch auf* obligationes: notum est, quod clausula obligationum huiusmodi de propria ingrediendi licentia nihil valeat, sed mandatum saltem sine clausula operetur, quæ tamen hodie æque frustranea, atque omnia reliqua, quæ occasione contractuum emanarunt, iure Canonico enim & moribus nostris semper supponitur clausula, si preces veritatem nitantur, atque ita facile resoluitur mandatum in vim simplicis citationis, quapropter per processum mandati suum cuique tribuere paucissimis casibus excipitur.

ptis, idem est atque Berolinum tendere Hala mediante itinere per Viennam. Interea ex ipso textu Recessus Imperii addiscimus, quam necessaria fuerit glossatorum correctio, qui antepacem publicam eadem, sicuti Dattius *de pace publica* sæpe monet, habebant principia popularia, de propria ingrediendi auctoritate, genuino fundamento iuris belli & pacis destituti, hæc vero auctoritas hodie semper vis est, atque ita simul apparet processum nostrum summariissimum ex legibus publicis temperari, dolendum vero omnino, quod compendio processus communis adhuc destituamur; omnes enim qui hæctenus tradidere practica, Saxones quondam scriptores nimium secuti sunt, hi vero glossatores eorumque discipulos, qui in medio ævo vnici erant Doctores simul & iudices.

## §. XX.

Vltimum interdictum adipiscendæ communiter traditur remedium ex *leg. fin. Cod. de Edicto D. Hadriani tollendo*, quod edictum sub occasione vicesimæ partis hæreditatis introductum esse dicitur in ipso eius textu; Augustus enim Imperator primæ indictionis auctor publicis reditibus valde destitutus, vicesimam quoque partem hereditatum & legatorum tributi loco exigebat, sicuti ipse in Commentariis suis scriptum reliquit *Dionysius Halicarnassæus de bello Romano lib. 53.* lata est illa lex *Iulia Vicesimaria* tribus annis ante legem Papiam anno vrbs 759. *Wissenbach ad l. 3. Cod. de Edicto D. Hadr. tollendo* & quia hæredes non poterant adire hereditatem nisi prius vicesimam persoluissent statim ex ista Augusti Constitutione tabulæ erant aperiendæ *Cuiacius ad Recept. sentent. Iulii Pauli lib. 4. tit. 6.*

Cocceius deinde Nerua Augusti Legem de vicesima emendauit fauore filiorum, ne de bonis paternis vicesimam dare compellerentur *teste Plinio in panegyrico Traiani* Hadrianus vero dubie & confuse eatenus disponebat, vt nempe pro arbitrio aliquid loco vicesimæ daretur, & hæres vel statim vel intra annum possessionem bonorum mitteretur. *Paulus 3. sentent. 5. si falsum* istam vero vicesimam iam a Gratiano Imperatore sublatam tradit *Alciatus lib. 3. dispunct. 6.* sæpius tamen in natura sumfisse Imperatorum procuratorum vicesimam partem patere videtur ex *Ælii Lampridii Heliogabalo*, vbi ita: *ad vicesimam hereditariam mulionem curare iussit & cursorem, iussit & cocum & claustrarium artificem*; quod *Isaac. Casaubonus in commentario Lampridii* ita explicat, *destinavit procuratorem ad vicesimam hereditatum*, sed procuratoris officium grauius erat & sicuti omnium reddituum cura & directio ipsi commissa, *Huberus in prælect. ad Tit. ff. de officio procuratorum Cesaris*, ita hi inferioris generis homines ipsi suberant, quos saltem coercuisse partim & aestimasse tanquam peritos taxatores vicesimam hereditariam existimamus, ita de *nunciis veredariis cursu publico aut fiscali* eleganter tradidit *Cælius Rhodiginus lectionibus antiq. lib. 21. cap. 24.* muliones vero vicesima sine dubio asportabant, duæ enim mulæ plaustronusta ducebant *l. 52. §. in cliuo ff. ad Leg. Aquiliam* forte etiam mulos hæreditarios, quæ res Mancipi erant *Brissson. de verbor. significat. voce Mancipi* tanquam periti aestimabant, taxabant vel eligebant, muliones enim de vrmano artificio erant *l. 99. §. muliones ff. de legatis* quid cocus seu coquus vid. *Martin. in lexico philologico* si  
 volu

voluerit incompertum est, forte frumentum visita-  
vit, & id genus alia taxavit, claustrarius vero per se  
artifex dicitur.

§. XXI.

Quicquid huius sit Hadrianus, qui post an-  
num demum bonorum possessionem concedebat per  
indirectum, legem vicesimariam restaurare voluisse vi-  
detur *vid. omnino Dn. Præsid. prælect. ad tit. C. d. edict. D.  
Hadr. toll.* Edicto eius sublato, testamentum vitio vi-  
sibili carens possessionem statim efficiebat, & ad pra-  
xin nostram, quod attinet, quam maximum usum in  
foro hoc remedium ex l. fin. de edicto D. Hadriani  
tollendo præbet, & non tantum ad testamenta, sed  
ad pacta quoque dotalia extenditur, ibi testamentum  
vitio visibili carens requiritur & pro legato quoque  
obtinendo in possessorio prodest sicuti antea dictum,  
pacta successoria vero hodie sine dubio anomalam  
successionem tribuunt, & ita dici non potest, quod  
color huius possessorii ex pacto in se oriatur, sed ex  
iure reali hereditario, dummodo alter fortiorem co-  
lorem seu fortius fundamentum succedendi in con-  
tinenti apparens allegare valeat, nam in hoc perpe-  
tuo differt color possessorii a probatione ordinaria in  
petitorio, certa que est regula, quod utriusque color  
probe sit respiciendus, quis nempe in summarissimo  
tam palpabile fundamentum pro se habeat, ut reli-  
quæ quæstiones tanquam altioris indaginis ad ordi-  
narium sint reiiciendæ, unde non negamus hoc pos-  
sessorium cum magno temperamento adhibendum,  
quamuis B. Strykius facilius videatur in illo conce-  
dendo, capit enim sine dubio aliquid ex doctrina  
pacto-

pactorum & ita ex iure personali, potissimum si con-  
iux cum aliis notoriis heredibus concurrat, maximum  
itaque iudicium practicum in possessorio requiritur.  
Saxones enim ICTi qui processum præprimis nobis  
tradiderunt, de possessorio admodum silent, vnde  
est, quod regulis sufficientibus destituamur. Præ-  
terea ICTi fluctuant in quæstione an pacta dotalia de  
mutua successione disponentia contrario testamento  
posteriori tolli possint, communiter distinguunt a  
verba ad pacta an ad successionem per modum v-  
timæ voluntatis potius quadrent, ad hanc referunt vo-  
ces: *erben/ succediten/* quæ testamento posteriori in-  
verti possunt, ad pactitiam vero successionem, quæ in-  
mutari non potest verba quadrare putant, *haben/ be-  
halten/ nicht heraus geben/ erblich haben &c.* Str-  
*in cautel. contractuum sect. 3. c. 8. §. 21. 22. & 23.* nos ad in-  
tentionem potius respicimus quam ad verba, ne  
dubitamus prima verba *erben/ succediten* ad hanc  
anomalam successionem pertinere posse, sufficit enim  
pactas esse partes, de eo quod quisque post morte  
capere debeat, non testamentum condidisse, ali-  
enim idem esset, ac si diceremus successionem ex p-  
cto quidem admittendam esse, dummodo non dic-  
tur successio. Cautela tamen est, vt contraria disp-  
sitio expresso pacto, excludatur.

## §. XXII.

Antequam nunc ad remedia retinendæ posse-  
ssionis transeamus, illa remedia adipiscendæ ad h-  
consideranda veniunt, quæ doctores ipsi absque r-  
gula generali suppleunt. Menochius sicuti omnib-  
ita, & adipiscendæ possessionis remediis in fine a-  
dit illud *ex officio iudicis*, quod duplici vsu locum h-

bere tradit, primo cum heres omisso ordine iuris communis vel municipalis defuncti possessionem adipisci vult, sed sicuti hoc loco perspicue mentem suam non declarat, ita superfluum hoc putamus, cum vtile interdictum quorum bonorum hæc omnia supplere possit, secundus ipsius casus est in causis clericorum, quando quis collati sibi beneficii possessionem consequi vult; per officium iudicis sine dubio intelligit ecclesiasticum; apud protestantes vero ipse princeps communiter cognoscit, quamvis ad viam iuris ordinarii quandoque remissas esse has causas meminerimus, & tunc summum regimen in provincia rem decidere solet, ipsa tamen possessio eiusque apprehensio *canonica ratione*, fieri debet, sicuti Halberstadii Decanus capituli inter ipsa sacra in choro competente mitram imponit capiti istius noui Canonici, dicitque: do tibi possessionem in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti: at vero quomodo hoc genus possessorii ex iure in re colorandum erit? facile respondemus ex ipso iure Canonico & identitate cum iure patronatus, aliisque quæ ad res in corporales pertinent sicuti census exactione, procuratione & Canonica portione, præbenda enim est iuxta Coruinum & alios ius percipiendi redditus ecclesiasticos, ratione diuini officii, illud ius vero sicuti vsusfructus sine dubio est reale, tribuitque in petitorio actionem vtilem confessoriam, & quamquam canonicatus denotet ius habendi stallum in choro & locum in capitulo seu vocem, tamen vtile, quod ei adhæret, nempe præbenda, vsu vulgari etiam Canonicatus dici cœpit *illustr. Dominus Bæhmer in notis ad Coruinum lib. 2. c. 28.*



§. 4. *Fleurii Institutiones an droit ecclesiastique part. I. c.*  
 15. unde & ipsum ius in re vocari solet *titulus* in spec  
 An vero, ut ad reliqua festinemus, ceteris titulis  
 efficiendam conditionem vsucapiendi habilibus v  
 luti pro donato, pro derelicto, pro legato, possess  
 rium aliquod adipiscendæ colorari possit anceps qu  
 stio videri posset, clarissimus *Branchu* supra citat  
 eleganti ratione hos titulos adornat & auget, nol  
 regula manet, quod sicuti vsucapio efficit dominu  
 & ita ius in re, ita etiam eius color seu sufficienter c  
 monstratum fundamentum in possessorio sufficie  
 debet, at sicuti omnes omnino processitæ fatent  
 remedia adipiscendæ ad possessorium ordinari  
 communiter propius accedere, puta ob quæstion  
 facti non iuris, quia difficilior est demonstratio & q  
 quod res est, sæpius altera pars melius colo  
 re valet suam possessionem, quod prout sæpe di  
 mus accurrata ratione iudicioque firmo ubique att  
 dendum, ita praxis docet ad possessorium retine  
 dæ & recuperandæ ut plurimum quadrare dictos  
 titulos & ita regula nec quicquam patitur per ex  
 ptionem facti, sed potius firmior redditur in casib  
 non exceptis.

## §, XXIII.

Priusquam vero finiamus remedia adipisc  
 dæ, præiudicium aliquod facultatis nostræ iurid  
 Hallensis addamus, ex quo apparet, quam fallax  
 omne possessorium si colorem ex iure ad rem de  
 mere quis velit, potissimum in concursu cum eo,  
 colorem ex iure in re in promptu habet, nec meo  
 dubitavit Facultas nostra iuridica corrigere prio

duas sententias cum iam semel remedium suspensivum admissum esset. Verba sententiæ hæc sunt: Nunmehr aus den Acten soviel zu befinden/ daß Beklagter bey der possessione vel quasi des streitigen Ackers so lange bis Kläger in petitorio oder possessorio ordinario ein anders ausgeführet/ nicht zu schützen/ Dieser auch cautionem de non amplius turbando zu bestellen nicht schuldig/ sondern Beklagter vielmehr die possess. des streitigen Ackers Klägers principalin einzuräumen auch sothane Caution zu bestellen/ nicht weniger die gehobene Früchte zu berechnen gehalten/ hingegen sind die gerichtliche aufgewandte Sequestrations-Kosten an 5. Thaler 3. gr. 6. pf. von Klägers Principalin zu ersetzen/ und wird Beklagter wegen seiner unzulässigen Schreibart mit 5. Rthl. nicht unbillig in Straffe genommen B. R. W.

## Rationes decidendi.

Ob wohl regulariter die Reuterung in possessorio summarissimo nicht stat hat/ dannhero auch die eingewante Appellation reiciret zu seyn scheint/ ferner des Klägers Principalin vivente marito die völlige possessio nicht/ sondern ihm selbst auf Lebenszeit zugestanden/ nach dessen Absterben aber Beklagter die Possess ergriffen/ und desfalls das Instrumentum notarii folio 12. volumine II. übergeben/ mithin/ daß Klägerin turbiret worden/ nicht gesaget werden könnte/ allenfalls auch wenn derselben ex statuto & communione bonorum die Possession gebühren solte/ selbige dennoch nur zum dritten Theil ihrem eigenen Anführen nach zu verstehen/ solchemnach/ daß dem Beklagten allenfalls die Compossess zu zuerkennen/

es das Ansehen gewinnen möchte; Alldiewellab  
 in dem allergnädigsten Rescripto de dato Dresde  
 den 22. Octobris a. p. welches/ wie der eigene Inha  
 desselben lautet/ nach gnüglch erwogener Sache e  
 folget/ ausdrücklich enthalten/ daß Klägerin wieder  
 das fol. 97. vol. II. befindliche Urtheil mit ihrer Le  
 terung gehöret werden solle/ in gegenwärtigen Fa  
 auch keines weges *res minimi præiudicii*, so pro r  
 uicienda leutatione bey dergleichen Begebenhette  
 angeführet zu werden pfeget/ obhanden/ vielmeh  
 die Klägerin bey ihrer offenbahren Sache viel zu n  
 he geschehen würde/ wenn sie das *petitorium* v  
*possessorium ordinarium*, worinnen alle *exceptio*  
*nes altioris indaginis* admittiret werden/ einige Ja  
 re abwarten solten/ als worzu sie sich bey des B  
 klagten mercklichen *tergiuerfationibus* wohl zu ve  
 sehen hätte; ferner wenn/ gleich der Klägerin die po  
*sessio ex communiione bonorum & statuto* nicht z  
 käme/ oder auch *possessio vacua*, so doch *moribus ne*  
*stris* nicht leichtlich erfindlich/ bey dem Tode ihre  
 Mannes gewesen wäre/ dennoch dieselbe nunme  
 ro ordentliche *remedia possessoria contra nudum f*  
*ctum apprehensionis* des Beflagten ergriffen/ zu d  
 ren Behauptung auch nicht nur ein Testamentu  
*sine vitio visibili* vor sich hat/ sondern auch sonst h  
*res præsumtiua* ist/ hingegen Beflagter nicht den a  
 lgeringsten *colorem possessorii* vorzu wenden ve  
 mag/ anerwogen derselbe einiges Erbtheil als Stie  
 Schwieger-Sohn zu fordern nicht berechtiget der vo  
 geschützte Kauff-Contract auch/ wenn selbiger glei  
 nicht wieder *castret*/ und der Klägerin Ehemann  
 be

verschiedene Jahre darauf in possessione der zum Schein verkauften Acker bis zu seinem erfolgten Absterben nicht geblieben wäre / iedennoch weiter nichts als actionem emti aduersus vendentem & heredes im geringsten aber nicht einige remedia possessoria effectuiren kan / mithin aus denen Rechten bekant / quod quando notorium sit, possessorem ius nullum habere, statim a mandato & inhibitione incipi possit.

*Meu. port. 2. decis. 213. n. 6. ibique allegatus Menochius & Doctores communiter.*

Endlich die Klägerin sich nicht entbrechen kan / die der Erbschaft zum besten angewante Sequestrations-Gebühren / dahingegen der Beklagte die Früchte berechnen muß / zu ersetzen / dieser aber wegen der contra personas magistratus, zumahlen ratione officii gebräuchte unzulässigen und ungeziemenden Schreibart und übrigen Vornehmens allerdingz zu bestrafen gewesen / so sind wir überall / wie in dem Urtheil geschehen / zu erkennen bewogen worden.

§. XXIV.

Consequens est vt de remediis retinendæ possessionis videamus, hæc sane tot difficultates non habent, sed facili via succurritur iis, quibus communiter vis fieri solet, vnde clamitant glossatores, *melius esse vnum tene, tene, quam centum cape, cape, primum remedium esto, ne vis fiat ei qui in possessionem missus est, cuius formulam Vlpianus in l. 1. §. 1. ff. dicto titulo ita tradit: ait prætor: si quis dolo malo fecerit, quo minus quis permissu meo, eiusue cuius de re iurisdictio fuit, in possessionem bonorum sit; in eum in factum iudicium, quantum ea res fuit, ob quam in possessionem missus erit,*

*dabo*, alias quidem formulas suppeditat Eguinar. Baro sed sicuti iam antea moniti sumus & agnouimus Vlpianum, ne quidem verba interdictorum comperimus habuisse, ita hac de re amplius non erimus solliciti quoniam nec verba nec numerum interdictorum sed rem ipsam & colorem seu fundamenta possessorii generatim curamus *Bugn. de legib. abrogat. lib. 2. sect. Christin. vol. 4. decis. 133. n. 12.* quid vero per actionem in factum sibi velint verba interdicti, dubitari posse cum interdictum regulariter actio non sit, sed respondetur, hoc interdictum, sicuti hodie plurima, non esse tantum prohibitorium, sed & restitutorium, quidem cum omni causa, unde arbitrarium quoque est, ob verba: *quanti ea res fuit*, prætor vero cum extra ordinem cognosceret, & actiones & interdicta præri breuitate expediebat, sicuti iam supra monuimus intermodum procedendi & breuitatem processus vix olim fuisse differentiam, actiones vero in factum toties dabat prætor, quoties olim actio nominata non adesset, negotium tamen obligatorium & legibus fundatum, unde hæ actiones vt plurimum erant accessoriæ ad aliud negotium, sicuti actio in factum in iureiurando ex leg. Aquilia &c. potissimum vero exceptiones quoque in factum dabat prætor, *Briffon. formulis populi Romani pag. mihi 406.* præprimis vero obseruandum hoc loco, quod missio in possessionem iusta causa supponatur, quia nulliter facta possessionem non tribuit *Rebuffus de praxi missionis in possessione n. 37. & sequenti*, vbi etiam de praxi Galliæ testatur si clericus in possessionem missus, hodie si iudex possessionem mittat, vel possessorium iam est finitum

vel si ob creditum fiat, immissio hodierna saltem ius in re tribuit; nunquam possessionem, nam tunc executio potius fieri potest, sicuti superius dictum.

§, XXV.

Secundum interdictum est *utrobi*, quod ita se habet, *utrobi hic homo, quo de agitur, maiore parte huiusce anni fuit, quo minus is eum ducat vim fieri veto, non dicit interdictum, quod non competat actio præiudicialis, sed saltem quod de facto ducere non liceat, hodie cum seruos non habeamus raro in mobilibus interdictum possessorium instituitur neque ad maiorem partem anni seu septem menses respicitur in summariissimo, sed si vis fiat ultimus saltem actus possessorius attenditur, frequentior est praxis interdicti *uti possidetis* nec restringitur ad sola verba interdicti, quæ ita se habent: *uti eas ædes quibus de agitur, nec vi nec clam nec precario alter ab altero possidetis, quo minus ita possideatis vim fieri veto. De cloacis hoc interdictum non dabo*, (forte quia separatum suppeditavit prætor l. 1. §. 1. ff. de cloacis,) neque pluris quam quanti res erit intra annum quo primum experiundi potestas fuerit, agere permittam, aliam edicti formulam ab interdicto diuersam tradit Eguin. Baro ita: *qui rem soli possidebit, ei vim fieri ab eis, a quibus nec clam. nec vi nec precario possidebit interdiciam, de cloacis hoc interdictum non dabo: neque pluris quam quanti ea res fuit, agere permittam*, quam differentiam ita defendit Menochius *remed. retinend. possess. 3. n. 2. & 3.* quod interdictum sit speciale contententium personam respiciens, edictum vero generale, sed sicuti præter contententes verba in se in applicabilia, & edictum quoque de iis, qui agunt loqui-*

tur, vix differentiam agnoscimus specificam & realem nisi quæ omnibus interdictis eatenus communis, quod Ulpianus & Icti communiter verba interdictorum generis inuina cognita non habuerint, atque ita omnia frequenter in se mendosa, cuius exempla iam plura exhibuimus; quicquid vero huius sit, nec hodie vniquam ad ipsa verba interdictorum in genere respiciendum esse, ad demonstrandum satis est, si processum nostrum summariissimum attendimus, ad quem verba de vi, clandestinitate & precario plane non quadrant, quod vero diximus in retinenda possessione leuiori & faciliori via succurri possessoribus, id ita percipi autores non sumus, ac si eodem colore fundamento ex iure in re opus non sit, potius ex responsione facultatis præcedenti ad oculum demonstrauimus in concursu huius remedii etiam cum adipiscenda possessione eum postponi, qui hoc colore plane destituitur, id quod pro fundamento dissertationis nostræ in hoc & omnibus sequentibus remedii retinendæ repetitum volumus. Mira igitur confusione hanc rem claram & perspicuam torsit *Menochii remedio retinendæ possessionis 3. n. 5. sequenti cum aliis iuriscitatis Ictis* quando dominium & possessionem dominio vel alio iure in re coloratam confundit, statueredo, quod ille, qui cum dominus non sit, possidere vt possessor proprie possidere credatur, ille vero qui dominus & possessor est, vt dominus possidere dicitur, ista enim ratione possessorium & petitorium perpetuo confunditur? Equidem iure antiquo lis vindictiarum etiam obtinebat, cum litigabatur apud prætorem ea de re, cuius intuitu incertum erat, qui de

beret esse possessor *Ascon. in Ciceron. Verrin. Buddens in annotat. ad pandect. sub tit. de origine iuris*, sed ista tempestate tanta non erat differentia inter possessorium & petitorium, quamvis prætor extra ordinem ipse quandoque cognosceret. Nec iterum obstat iniquum esse, ut is, qui vi clam & precario possidet remedio uti possidetis, utatur, nam si possessor hoc fateatur, vel res clara sit & constet ex actis, facile cum Menochio & aliis consentimus, ita enim in possessorio quoque non pronunciat, quando de ipso petitorio euidenter constat, sed quæstio est in summa-riissimo, de altiori indagine, quoad vim vel clandestinitatem, ita ut interim maneat in suo loco possessio, vno verbo, ne in demonstrando colore ex iure in re opus sit figura processus ordinarii, & formalibus probationis, adeo itaque recessit a iure antiquo processus noster, ut remotis principiis & posthabita celeritate antiqua ad longe alias quoque conclusiones deueniendum sit.

## §. XXVI.

Sequitur interdictum *de superficiebus*, quod ita tradit Ulpianus: *uti ex lege locationis siue conductionis superficie qua de agitur, nec vi nec clam nec precario alter ab altero fruimini, quo minus ita fruamini, vim fieri veto, si qua alia actio de superficie postulabitur, causa cognita dabo.* Aliam iterum & edicti & interdicti formulam suppeditat *Eguin. Baro lib. 6. manual. tit. 18.* sed nobis sufficit inconstantia & incertitudo Ulpiani, quoad interdictorum formulas in genere, utraque enim formula nostrum scopum æque tangit, superficiem esse ius in re & utile dominium extra dubium est, neque



#### 40 DE GENUINO COLORE POSSESSORII

que solummodo constat in iure ædificatum habendi  
sed & plantatum, insitum vel impositum in fundo  
alieno *leg. 73. §. 1. & l. 74. ff. de Rei Vind. l. 3. §. 7. ff. uti pos-*  
*sideris* eatenus igitur color in possessorio satis funda-  
tus est, & quamvis ex contractu locati sæpius hoc ius  
superficiæ demonstratur, potissimum si quis ad tem-  
pus non modicum superficiem conduxerit, attamen  
ex hoc contractu deinde descendente actione perso-  
nali, non coloranda est possessio, sed ex iure in re  
quod in dubio ex diuturnitate temporis præsumitur  
*l. 1. §. 1. & §. 3. ff. de Superficiebus* locatio enim regulariter  
dominium non mutat *l. 39. ff. locat.* & ita expediendæ  
sunt omnes trices, quæ Ictos hoc loco impediunt  
*vid. Menoch. remed. retinend. possess. 3. n. 7. sequenti, God-*  
*fred. ad dict. leg. 39.* Nec obstant verba interdicti de  
superficie ex lege locationis, nam hoc loco non agitur  
de locatione temporaria, quippe quæ Romanis  
in se odiosa erat, quia conductor temporarius non  
adeo credebatur agrum culturus, quod & verum est  
Hodie ius superficiæ præter ædificatum in solo alieno  
non vix in praxi locum habet, nam quoad plantatum  
& insitum communiter negotium in ius perpetuæ col-  
oniæ degenerat, quod etiam ex canone uniformi  
per tempus longissimum præsumitur, quæ sententia  
quamvis non omnibus arrideat, attamen iuri Germanico  
magis consentanea, & in praxi recepta. An vero  
vassallus in feudo nihil, nisi superficiem habeat  
quod nonnulli volunt affirmare non sustinemus, præ-  
terquam enim quod solarium non soluit, etiam suæ  
terraneæ, dummodo non rariora, ad eum pertineant  
vnde tamen non sequitur, quod laterariam officinam  
indistin-

indistincte habere possit, nisi litteris inuestituræ inserta, equidem ius Germanicum obstare videtur, & quod in speculo quoque Saxonico reperiamus, ea, quæ profundius quam dens aratri vel vomer ducitur, sub terra inveniuntur ad regem pertinere, sed exceptio de thesauro vel potius mineralibus firmat regulam in casibus non exceptis *vid. Domini Præsidis disertat. de memoria initii contra præscriptionem immemoriam.*

### §. XXVII.

Transimus ad interdicta, quæ de seruitutibus edita in iure deprehendimus, veluti de *itinere, actuque privato, de aqua quotidiana & æstiva, de riuis & fonte &c.* pauca enim in materia seruitutum inuenimus potissimum ob utilitatem publicam a prætore introducta, reliqua enim de iure pascendi & similia sub interdicto vtili vti possidetis a Doctoribus comprehenduntur ibique traduntur, sed hoc tantum retinendæ possessionis est, nos vero sicuti colorem ex iure in re, quo seruitutes omnes pertinent, vbique requirimus, ita nulli iuris in re speciei remedium etiam in summariissimo denegamus, habemusque eatenus in collegiis iuridicis experientiam quotidie testem, si vero possessor prædii dominantis siue actor sit siue reus fundamentum illud seu colorem ex iure in re demonstrare non poterit, præsumtio manet pro libertate naturali tam in possessorio quam in petitorio, modus enim probandi & tractandi in possessorio tantum remissior est, non probatio seu demonstratio ipsa, equidem in petitorio quando dominans in possessorio obtinuit, vel alias de possessione res

certa est, actorem negatoriae actionis fundamentum probare debere permulti contendunt *Meuius part. decis. 292. Lauterbachius, proinde Beyerus & quem hoc permulti sequuntur illustris Dn. de Berger, sed rectius contrarium statuit Carpzov. lib. 1. resp. 67. Stryk de i. vestig. act. sect. 2. membro 4. §. 4. quem sequitur ill. D. Bœhmer de actionibus & ita in facultate nostra pronunciamus, quare enim libertatis naturalis praesumptio non idem operaretur in petitorio atque in possessorio, in quo de possessione amplius quaestio non est, sufficit enim possessionem tantum producere effectum, ut in possessorio dominans defendatur, quod vero hoc tribuere poterit ad petitorium? quod per possessorium plane non debet turbari, & inutilis aliter foret tota fere doctrina de praesumptione libertatis naturalis, cum in petitorio semper supponatur dominantem pendente lite turbari non debere, praeter leges Romanae haecenus non adeo applicabiles, turbari temporis enim tanta diuturnitas processus non erant neque textus iuris adaequatus monstrari in contrarium poterit; Etenim *l. 7. §. 1. ff. de liberali causa c. eo casu loquitur, quando iam pronunciatum fuerit eo tempore, quo lis praeparabatur, eum non in libertate sed plane dolo malo fuisse, & quod nihilominus adhuc probatio libertatis admittatur, nulla vero differentia fit de sola praesumptione libertatis, absque pronunciatione desuper iam facta.**

### §. XXIX.

Tandem ad remedia recuperandae possessionis nos conuertimus, ut ordinem Iureconsultorum sequamur, quamvis primo loco haec interdicta tractari potui-

potui

potuissemus, quia differentiam possessorii nostri summarissimi ortum exinde trahere existimamus, ob regulam quod spoliatus ante omnia, i. e. antequam ulterius procedatur, sit restituendus, quod eo usque extensum meminimus, ut ne quidem sententiæ publicatio admissa fuerit, post processum possessorium in summarissimo plenarie instructum & acta ad externos transmissa, cum pendente transmissione spoliolum esset commissum, sed hoc nimiam subtilitatem sapere videtur, remedia enim suspensiva eatenus non admittuntur & ita facile ipsa causa potuisset terminari. Hæc vero quæstio spoliolum deinceps ad omnem turbationem extensa, ita ut regulam antea firmauerimus, quoties ex altera parte adest turbatio, ex altera vero color ex iure in re, toties hodie admitti remedium in summarissimo, glossatoribus enim præeunte iure Canonico differentiam inter summarissimum & summarium debemus, neutiquam vero differentiam inter remedia adipiscendæ, retinendæ & recuperandæ possessionis, quippe quæ in ipsis legibus verbotenus deprehenditur & in Institut. iuris traditur. Sedes materiæ de restitutione ante omnia, videtur latere in famoso canone redintegrandæ: quæ ita se habet: *Redintegrandæ sunt omnia ex spoliatis vel eiectis Episcopis præsentialiter ordinatione pontificum: Et in eo loco, ubi abscisserant, funditus renouanda quacunque conditione temporis, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia maiorum & per quascunque iniustas causas ecclesiæ, vel proprias id est suas substantias perdidisse noscantur, in cuius formula Iohannes papa secutus Eusebium, usque ad verba funditus reuocanda, reliqua adiecit ipse, apud*

#### 44 DE GENVINO COLORE POSSESSORII

*Symmachum* vero quædam verba ita leguntur & in eorum unde abscesserunt potestatem funditus reuocanda; sed ubique eadem salua res est; hæc restitutio plenaria quæ ante omnia per redintegrationis modum fieri debet, deinceps ob paritatem rationis ad reliquos quoque casus non ecclesiasticos extensa, non verum ex interdicto Romano unde vi summarium nostrum cum *Menochio* & aliis hauriri audemus, hoc enim ita se habet: *Vnde tu illum vi deiecisti, aut familia tua deiecit, de eoque, quod ille tunc ibi habuit: tantummodo intra annum, post annum vero de eo, quod ad eum qui deiecit prouenerit, iudicium dabo.* Præterquam vero, quod prætor actionem prius daret ex interdicto, ea, quod de anno & intra annum disponuntur ad nostram præterquam in summarissimi plane non quadrant, & ius Carthaginienses actiones ciuiles si sufficiunt, ex iure ciuili communiter repetit.

#### §. XXIX.

Quando vero dicitur restitutionem ante omnem iudicium requiri, & ita spoliantem, vel attentantem audiendum non esse ante restitutionem, duæ quæstiones occurrere solent satis arduæ, nempe an qui pendente leuatione, appellatione vel alio remedio suspensus uel ordinario attentauit vel spoliū commisit, adhuc facta restitutione audiendus vel appellatio leuatione potius deserta sit, & deinceps, an is plane audiendus non sit, qui restituere cum omni causa, id est fructibus perceptis & percipiendis ob egestatem & paupertatem plane non potest; quoad primam quæstionem Saxones Iureconsulti moderni statuerunt quod spolio commisso pendente leuatione, hæc omnia

omnino deserta sit, sed fundamenta probandi vix sufficiunt, sine dubio enim probanda est ratio disparitatis, cum regulariter semper audiendus sit restituens, hæc vero ratio frustra quæritur in *c. 42. X. de appellat.* ibi enim expresse dicitur de eo spoliatore, qui appellationi deferre neglexit, & ideo appellatione se indignum reddidit, quia in eo quis puniendus est, in quo deliquit, neglexisse vero videtur appellationem rite etiam interpositam apostolos non petens, appellationem intra annum vel biennium non prosecutus *Corvin in iur. Canon. lib. 3. c. 36. §. 43.* præterea ius Canonicum extraiudiciales quoque appellationes admittit *Corvinus cit. loc. ibique ill. Dn. Bæhmer.* quo pertinere quam maxime videtur dispositio dicti *cap. 42. §. 51. X. de appellat.* ex hoc enim prius explicandum est, atque ita in *cap. 51.* expresse dicitur, quod restitutio ante omnia fieri debeat in statu, in quo erat tempore appellationis emissæ; recte igitur facultas iuridica Halensis aliter pronunciauit ex sequentibus fundamentis: *Ob wohl einige Rechts-Lehrer in den Gedanken stehen/ daß wann pendente leutatione ein attentatum vorgenommen wird! selbige Leuterung vor desert zu achten.*

*Dn. Wernher part. 5. observ. 173. §. 457.*

solches auch daraus zu behaupten seyn möchte/ daß dadurch ipsa natura remedii suspensivi gänzlich immutiret/ von der Leuterung abgegangen/ und nach allen Regeln des processus der einmahl anderweit erwehlte Weg zu prosequiren/ und dabey zu bleiben seyn; alldieweil aber die Rechts-Regul/ quod spoliatus ante omnia restituendus & attentata reuo-

canda sint, nur diesen Verstand hat/ daß ehe so  
 che Restitution oder Reuocation erfolget/ in der  
 Process nicht weiter fortgegangen werden mag/ in  
 Gegentheil aber danächst alles in pristino statu ver  
 bleibet/ mithin die causæ desertionis keine Interpre  
 tationem extensiuam leiden/ noch salua analogia iu  
 ris abzusehen / warum nach erfolgter Restitutio  
 die vorige remedia iuris sine speciali legis prouincia  
 lis textu abzuschneiden/ und wenn gleich vorgewer  
 det werden will/ quod delictum impune committi  
 nequeat, & alia sit ratio culpæ alia doli, dahero die  
 pœna desertionis nicht zu hart seyn möchte.

*Dn. de Berger Elect. disceptat. forens. tom. 3. tit. 3.  
 pag. 976. § 977.*

Dennoch keine andere als die in Rechten darauf ge  
 setzte Straffe hieraus erzwungen werden kan/ be  
 vorab wenn die Formalia sonst ihre Richtigkeit ha  
 ben/ und keine desertion concurriret von welcher  
 casu das

*Capitul. 42. X. de appellat. in verb. final. qui appe  
 lationi deferre neglexit.*

ausdrücklich handelt/ aus denen vorhergehende  
 Worten aber ein mehres nicht zu nehmen als da  
 ante reuocationem attentati der Appellation nicht zu  
 deferiren / so halten wir dafür

daß die vom Herrn von Bersdorff und Con  
 sorten zu Schwarzbach fol. 31. interponir  
 te Leuterung aus denen Volum I. fol. 4  
 sequ. angeführten Rationibus propter con  
 tinuatum attentatum pendente leuteratio

ne Inhalts der beyden Attestaten fol. 67.  
& 68. vor desert. nicht zu achten.

## §. XXX.

Altera quæstio pluribus dubiis obnoxia, an egestas & inopia eius, qui restituere cum omni causa condemnatus est, subleuanda sit, ita vt ad possessorium ordinarium vel petitorium admittatur, qui restituere cum omni causa, idest, perceptos redditus & expensas litis non potest, sane negatiua videri poterat præferenda, partim ob generalitatem regulæ, & quia sibi imputare debet, qui de restitutione nondum securus, omnia consumsit, partim quod ei, qui in facto illicito & mala fide versatur, non sit dandum beneficium, sed si de petitorii iustitia apparenter satis constet, non videtur hæc quæstio ob impossibilitatem restitutionis plenariæ remouenda, neque enim denegatur victori in possessorio restitutio, sed tantum ob dictam impossibilitatem suspenditur, supponitur enim casus vbi restitutio ista ob inopiam vel miseriam, cui semper subueniendum *l. priuileg. §. final. Cod. de sacrosanct. eccles. Meuius part. 5. decis. 30.* impossibilis est, atque ita si is, qui restituere debet inops & miserimus sit, victor expensas & reliqua tamen non obtineret, vice versa vero, qui in petitorio satis fundatur careret iustitia, & ita ob summam æquitatem pronunciauimus in facultate iuridica, vbi nobilis quidam comiti in possessorio victori restituere non poterat id, in quod erat condemnatus, in petitorio tamen euidentissime fundatus; ratio facile desumi potest ex *leg. 38. ff. de Rei vindicatione* & alias ex ipsa analogia iuris, neque dissentit *Meuius cit, loc.* quippe qui non loqui-



loquitur de casu nostro, sed de coërcenda temeritate generaliter, supposita plenaria causæ decisione quæ tamen in casu nostro nondum adest, sed potius in petitorio vel ordinario reseruata.

## §. XXXI.

Antequam vero finiamus pauca quædam ad huc de remediis recuperandæ possessionis ob penuriam temporis addemus, quibus, quoniam ex actione personali sæpius descendunt, intentio nostra plane interuerti videtur, tale remedium primo a Doctoribus adferri solet ex *leg. indebiti, 15. §. sed et si nummi ff. de conditione indebiti* quæ ita se habet *sed et si nummi alieni dati sint, conditio competet, ut v. possessio eorum reddatur, quemadmodum si falso existimaueris possessionem me tibi debere, alicuius rei tradidisses, condicerem; sed & si possessionem tuam fecisses, ita ut tibi v. longi temporis præscriptione auocari non possit, etiamsi recte tecum per indebitam conditionem agerem, sed et si usufructus in re soluta alienus sit, reducto usufructu a te condicam.* At vero quilibet statim videt, quod hoc loco nulla quæstio sit de remediis prætorum possessoriiis, sed de actionibus ciuilibus, vbi in omni restitutione causa possessionis restituendæ non poterat non misceri, neutiquam vero actiones ordinariæ, quod interpretes & glossatores in explicandis legibus quilibet perpetuo confundunt, cum remediis nostris possessoriiis miscendæ sunt, olim enim quod sæpe monitum, processus in petitorio tanta diuturnitate non constabat, vnde actiones & interdicta non tantum adeo non separabantur, sed & ex ipsis interdicitis prætor sæpe actionem dabat, præterea mirificè

glos

glossatores vexantur in decidenda genuina controversia & causa citatæ legis, *partim* quia numerum interdictorum & verba vnice spectabant, nullum vero interdictum recuperatorium, quoad res mobiles eatenus inueniebant, quare leges ciuiles in subsidium vocabant *Marant. de ordin. iudic. 7. distinct. iud. n. 33. Zas. ad dictum §. sed etsi n. 5.* deinceps supponebant negotium & contractum omnino inualidum, veluti a minore celebratum *Zasius dict. loc. n. 3. Bart. in leg. si alien rem n. 3. ff. soluto matrimon. Dec. consil. 187. col. 1. Marant. de ord. iud. in 7. distinct. iud. n. 34.* vnde vel restitutionis beneficio hodie opus foret, vel dominium & possessio remaneret, vt ex alio capite, accedente turbatione, remedium possessorium competere posset, vel nuda actio personalis hodie competeret, quæ nunquam cum possessorio miscenda, quia competit vnice ad dandum, faciendum vel præstandum, qui termini ad materiam possessorii plane inhabiles sunt.

### §. XXXII.

Aliud remedium recuperandæ proponunt ex *leg. 2. ff. de Conditione Triticiaria* vbi ita: *sed §. ei qui vi aliquem de fundo deiecit; posse fundum condici Sabinus scribit §. ita §. Celsus, sed ita si dominus sit, qui deiectus condicat ceterum si non sit; possessionem eum conducere Celsus ait.* Sed vt iam dictum, maxima est differentia inter conditiones & interdicta, nobis de interdictis possessoriiis qua talibus sermo est, & de hodierno possessorio summariissimo, quod leges Romanæ cum ipsa diuturnitate petitorii ignorabant, nec itaque est, quod recensendis & examinandis reliquis exemplis interdictorum recuperandæ possessionis immoremur, cum

summariissimum nostrum ex istis, si quæ sunt vere possessoria, originem duxisse, iam antea demonstraerimus, unde non satis possumus mirari, quod cum aliis ipse B. *Ludouici in process. ciuili cap. I. §. II.* præter reiectionem exceptionum altioris indaginis & remediorum suspensiuorum reliquam partem summariissimi ad remedia recuperandæ & adipiscendæ æque ac ad remedia retinendæ applicandam non censuerit, præterquam enim, quod in hisce duobus extremis omne fere momentum summariissimi positum est, remitti & reiici condemnatos ad ordinarium quotidie videmus; solemus nos processum nostrum in quatuor partes dispescere, in prima tractanda dilatoria, de qualitate libelli, litis contestationis &c. in secunda formalia & figuræ probationis, fatalia termini probatorii, productionis testium & documentorum, tediosæ recognitionis & similia, in tertia remedia suspensiuæ, & in quarta ratio exsequendi; in omnibus hisce, potissimum tribus prioribus summariissimum nostrum recedit ab ordinario. Equidem non negamus quoad remedia adipiscendæ cautiorem circumspeditionem requiri, quum imperitus facile dilabatur in ordinarium, non tamen aliæ regulæ tractandi suppeditari possunt, præcipue si consideres, quæ ipse *cit. Ludouici* intuitu interdicti quorum bonorum statim ab initio in medium produxit, quicquid vero de conficiendo inuentario vel alias concurret hoc ad executionem magis pertinet quam ad tractandi modum.

## §. XXXIII.

Monendi vero denuo sumus, quod in vniuersum processui communi potissimum prospexerimus non Saxónico tantum, obseruauimus enim ex infinito actorum numero, quam anxie eruditissimi quoque practici in materia summariissimi sæpissime fuerint agitati & vexati, adque ideo, quia aliis subsidiis destituti, Menochium & alios interdictorum compilatores & commentatores vt plurimum sequuntur, cum tamen ex iis summariissimum nostrum desumi non posse, tota fere hæc doceat dissertatio. Illis igitur practicis si placuerimus, celerior erit & felix processuum exitus, felicior meditationum nostrarum.

F I N I S.

ORDINIS IVRECONSULTORVM

IN

ACADEMIA HALLENSI

H. T.

*DECANVS*

SIMON PETRVS

GASSERVS, ICT.

POTENTISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSILIIIS INTIMIS VT ET BELLICIS ET DOMANIAL. IVRIVM ET RERVM OECONOMICIS CAMERALIVM PROFESSOR ORDINARIVS SCABINATVS IN DVCATV MAGDEBVRGICO ADSESSOR

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

1. The first part of the document is a list of names and addresses.

2. The second part of the document is a list of names and addresses.

3. The third part of the document is a list of names and addresses.

4. The fourth part of the document is a list of names and addresses.

5. The fifth part of the document is a list of names and addresses.

6. The sixth part of the document is a list of names and addresses.

7. The seventh part of the document is a list of names and addresses.

8. The eighth part of the document is a list of names and addresses.



Edem Musarum Heliconæ Parnassumque montes constituunt: quo ipso indigitare sine dubio voluit ingeniosa antiquitas, artes liberales, quæ a Musis inventæ creditæ sunt, non nisi cum cura ac multa industria addisci posse: Quæ enim natura alte constituit, difficilius paulo acquirimus, quam quæ in triuiis ac passim reperiuntur: Pari modo in republica bene constituta honores, ad quos Musæ mansuetiores ducunt, non facile deferuntur nisi merentibus; Inertibus, desidiosis, abdomini natis, verbo, indignis ac immerentibus penitus valere iussis: Inde *l. 14. C. de re milit.* hæc verba leguntur: *Quia honoris augmentum non ambitione sed labore ad unumquemque conuenit deuenire: Neque absque ratione apud Romanos ædes Virtutis ac Honoris ita positas fuisse puto, vt teste Symmacho l. Ep. 14. non nisi per ædem Virtutis ad ædem Honoris aditus fuerit; certo indicio, quod honor sit virtutis*

tutis præmium ac incitamentum. Forte etiam ad ostendendam literarum dignitatem & diuinam originem Musarum sedem in montibus collocauerunt veteres, quoniam in illis diuini quid residere sibi persuasere gentiles; idcirco cum primis in montibus Deos quibus se hac ratione propriores esse credebant thura ac facris propitiare amabant, id quod vel solus facer codex abunde loquitur; ita ut haud vice simplici uel ipse populus Israeliticus ad ethnicorum superstitionem prolapsus; ut ut alias hic in montibus sacrificia faciendi mos neque Patriarchis, qui eo ipso uerum ac solum Deum colebant, insolitus fuerit, sicuti pariter sacra nos docet pagina; & quis nescit, quanta in montibus beneficia tam in Veteri quam Nouo fœdere exhibita fuerint generi humano? Sic decalogus promulgatus est in monte Sinai: Templum Hierosolymitanum erat in monte Moria exstructum: Elias in monte miracula edebat *1 Reg. XIX, 11.* ipse optimus Saluator conciones suas montanas habebat ad populum de salute æterna, quam demum, quoad extremos actus in diuersis montibus stabiliuit & firmauit ita ut mihi admodum sit opinabile, quandam de hac Dei œconomia & ritibus Israelitarum sacrificandi, sub obscuram famam ad gentiles promanasse, qui deinde secundum suam theologiam peruersam, sicuti de aliis historiis biblicis e.g. de diluuiio & historia Promethei notum, interpretati ac imitati sunt omnia. Horatius *lib. 3. od. 4.* Musas de cœlo descendisse canit: Virtutes enim, affectiones animi & similia, quia maiorem aliquam vim in rebus humanis habent, sub fictis nominibus Deorum Dearumque cultas fuisse in

in gentilismo, certum est. Nos meliora edocti hæc omnia in meliorem vsum conuertere scimus; ac primum quidem Prouidentia diuinæ acceptum ferimus, quod Serenissimo Conditori hanc mentem indiderit, vt hic loci Parnassum, quem Musæ adeant ac habitent, instruere ac exornare voluerit, & quidem verum Parnassum ac montem Pieridum, cum, vti notum, vrbs in montem ac vallem desinat, lætamur quoque quod adhuc doctrinas salutis æque ac omnium bonarum artium, quibus iuuenilis ætas impertiri potest, intemeratas ac solerter tradi videamus, ita vt neminem, qui saltem oculum ad metam dirigit, hoc sapientiæ Prytaneum adiisse pigeat. Documento præmissorum iam fit

*Prænobilissimus ac Doctissimus Dominus*

## GOTHOFRED. FRANCISCVS EHRENBERGIVS

qui vel solo nomine commendabilis sui que honestam insinuat opinionem legenti: Nomina enim haud raro habent sua omina: id quod hic Noster exemplo suo comprobare potest, in quo nomen semper & mores ita harmonice conspirarunt, vt neutrum vlllo tempore mutare habuerit. Ita semper se gessit, sicuti Cic. lib. i. de Offic. Virum honestum delineat, in verbis: *Homo autem, qui rationis est particeps, causas rerum videt earumque progressus, similitudines comparat & rebus præsentibus adiungit atque annectit futuras; facile totius vitæ, cursum videt, ad eamque degendam præparat*



*res necessarias, eademque natura vi rationis hominem conciliat homini & ad Orationis & ad vite societatem. Imprimis hominis est propria veri inquisitio atque inuestigatio idcirco auemus aliquid videre, audire acdiscere; cognitionemque rerum aut occultarum, aut admirabilium a bene beateque viuendum necessariam discimus. Et pau post: sentit qui sit ordo, quid sit modus: pulchritudinem constantiam, ordinem in consiliis factisque conseruandum putat, cauetque ne quid in decore effeminate faciat; Quibus ex rebus conflatur & efficitur, id quod quærimus honestum.* Haftenus Cicero; sed vt per partes eamus natus est hic Noster Islebiæ An. 1707, die 31. Maii Patre IOANNE ANDREA EHRENBERGIO Viro amplissimo honestissimo, ac amico nostro ab annis academicis vsque carissimo, Sacr. Mai. Polon. Commissario Cameræ ac Quæstore, in comitatu Mansfeld & matre AGNETA MARIA MITGAVIA, quorum optimorum parentum cura simulæ per ætatem licuit, primum Scholæ patriæ formandus traditus ac succedentibus annis cum primis Scholæ Rectoris Reineccii informatione, postea in Scholis priuatis a Magistro quodam Philosophiæ, Riemero in literis humanioribus institutus est, ac colophonem addidit in eo studiorum genere, sine cuius præsidio altiora temere petuntur, in Schola Portensi, ad quam suorum suafu se contulit, hic omnibus carus ac per dilectus dimissus, Musas Lipsienses salutare adeoque altioribus, vt aiunt, studiis se dare apud animum constituit inter quas per tres & quod excurrit annos summum cum laude versatus est, temporis rationem prudentem habuit, certus, quod hora ruat, & quæ semel præterita, nullo ære redimi queat; Consuetudinem nu

la

lam habuit, nisi cum iis, qui probitatis ac diligentiae laude conspicui. Doctores Clarissimos sibi elegit du-ctores studiorum: ac sicuti per Philosophiam ministrantem reliqua altiora studia rite initiantur, ita huic cum primis suam operam nauavit in Illustri academia Lipsiensi ex traditis Rudigeri, illique simul Collegium Institutionale interprete D. Conrado adiunxit: Doctrinam Pandectarum vero hausit in scholis B. Menckenii Icti consummatissimi, Historiam S. R. I. apud Dominum Mascouium Virum celeberrimum & Franckensteinium audiuit, neque quod ad iuris publici prudentiam pertinet praetermisit, quippe quam ad ductum Hornii ex ore ordinarii grauisissimi Dni Griebneri, vt & institutiones pract. ab eod. percepit: Pariter iuris canonici arcana didicit: Iuris feudalis interpretationem accepit a Dn. D. Baue-ro, vt scholas priuatissimas taceamus: atque ita negari non potest, quin familiare omnino cum Musis habuerit commercium; Deinde vitam' academicam, hanc insignem vitae periodum, clausit specimine publico, dissertatione nimirum, quam sub praesidio Cl. Dni. Rechenbergii, *de locatione conductione que fit a principe*, habuit; Inde Dresdam discescit, vidit aulam, & quid haec distet scholis; praepriis vero vt qua ratione in foro agatur, iam penitus paulo inspiceret, quo fine manuuctione D. Vogelii, Viri in foro versatissimi, fere per annum integrum vsus est. Demum ad nos accessit, eo animo, vt ex hac Musarum sede, braebæum quod virtus eius meruit, & quo dignus est, ferat. Admissus est ad examina consueta, in iisque optime stetit, vt vnanimi consensu ad reliqua progymnasma-

nasmata non potuerit non admitti. Proinde proximo die, quæ erit XII. Apr. horis consuetis dissertationem inauguralem, *de genuino colore possessorii* publice cathedra defensus est. Cui actui solenni ut Magnificus Dominus PRO-RECTOR, illustrissimus CANCELLARIUS, Illustrissimi Comites, Barones, Patres Academiae conscripti, Proceres, Mystici Cives Academici, omnesque literarum aestimatorum interesse huncque diem sua presentia honestare vellent, decentissime inuitantur. Dab. e museo Domini Palmar. MDCCXXIX.

